



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 87. Episcopi Girundensis dubia in postrema Congregatione ante Sessionem proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sac. XVI.  
A.C. 1562.

decedant, ad cœlum avolent: porro hoc præmissis, uterque usus dependet ab Ecclesiæ mero arbitrio, ita, ut illa ex congruis rationibus libere modo hunc, modo illum usum eligere, seu quandoque Eucharistiam infantibus concedere, quandoque illam eis denegare valeat, prout jam in decreto disertis verbis significatum fuerat.

§. LXXXVII.

*Episcopi Girundensis dubia in postrema Congregatione ante Sessionem proposita.*

*Pallav. n. 15.*  
*Sarpinus*  
*pag. 520.*

Postquam Patres Congregationem, quæ Sessionem vigesimam primam præcesserat, absolverant, iique ibidem congregati discedere vellent, Arrias Gallegus Girundensis Episcopus, venerabilis Senex Legatos interpellans exclamabat: *revertimini Patres, atque percipite me*: Itaque Legatis non nihil invidis, rursusque suas Sedes occupantibus, Gallegus illos monuit, quod Synodus plura quidem magni momenti decreta condidisset, quæ tamen, cum in opus deduci non possent, haud dubie crastina die in Sessione ingentes concitatura essent tumultus, nisi opportuno occurratur remedio: postea caput de distributionibus prælegi jussit, atque hæc edixit: „Olim Ecclesiastici præter  
„distrib

„distributiones nullos alios perceperunt <sup>Sæc. XVI.</sup>  
 „proventus, temporum autem iniqui- <sup>A.C. 1562.</sup>  
 „tate factum est, ut hæc in præbendas  
 „erigerentur: cum ergo Deus Episco-  
 „pis pravas consuetudines abolendi,  
 „ac meliores, priscosque usus restau-  
 „randi auctoritatem concessit, haud æ-  
 „quum videtur, quod Concilium Epi-  
 „scopis vix tertiam hujus potestatis  
 „partem tribuat, reliquam vero eis adi-  
 „mat: proin sancendum est, quod Epi-  
 „scopis plenum omnes præbendas in  
 „distributiones convertendi, non au-  
 „tem mere ad tertiam partem con-  
 „stringendi jus competat., Hujus Præ-  
 „fulis opinioni suffragabatur Braccaren-  
 „sis Archiepiscopus, quinimo ceteri Præ-  
 „fules Hispani pariter fratris sui senten-  
 „tiæ favere videbantur: verum Mantua-  
 „nus Cardinalis horum Præfulum pie-  
 „tatem commendans affirmabat, quod  
 hoc dubium in Synodo examinandum  
 foret, quocirca consentientibus ejus  
 Sociis pollicitus est, se de illo in Sessio-  
 ne proxima mentionem facturum.

## §. LXXXVIII.

*Importunæ utriusque Theologi Pon-  
 tificii preces de corrigendo  
 primo capite.*

Interea ambo Pontificis Theologi, qui *Pollav. c. 11.*  
 doctrinam in decretis contentam im-  
 num. 16.

M 2

pugna-